lã dulciſſimã matrẽ ſuã ſibi aſſiſtere ⁊ ſecum tam im
menſo dolore affligi cum bene nobis ſufficeret ſua
paſſio. Sed vt video hoc ſumma clementia ⁊ ſũma
eius ſapientia exigebat q̄uis eſſemus indigni. Et
ſicut eua ſeducta eſt volendo eſſe ſicut deus ita paſ
ſus eſt homo deus. Et ſicut illa de latere viri facta
fuit principium noſtre damnationis quia virum ſi-
bi conſentire fecit ſic xp̃us latus aperuit vnde vir-
tus ſacramentorum emanauit. Et ſicut illa vidit li-
gnum qd erat pulchrum viſui ⁊ ad veſcendũ ſuaue
ſic xp̃us cõſputus eſt in vultu ⁊ amaritudine fellis
guſtatus. Et ſicut illius pedes currunt ad lignuꝫ et
manus extenduntur ad fructum ſic chriſtꝰ pedibus
⁊ manibꝰ eſt in cruce affixus. Illa ambitioſa iſte hu
millimus. Illa vero inobedientiſſima iſte vſqꝫ ad
mortẽ obediẽtiſſiſſimꝰ. Cõtra appetitũ ſciẽtie dei
ſapientia condemnatur. Illi erant ambo nudi cum
peccauerunt Chriſtũ vero nudũ crucifixerunt. Vbi
hoĩes poſt culpã ſe abſcõderũt a facie dei hic xp̃us
dñs deus noſter poſt mortẽ in ſepulchro abſcondi-
tur a facie hominũ. Illi deſcenderũt ad ymũ ad la-
borandũ hic deſcẽdit ad infernũ ſpoliandum. Sic
apparet aperte ⁊ manifeſte qualiter in hac beatiſ-
ſima paſſione glorioſiſſima ſũma dei ſapientia cla-
ret. ¶ Et in omnibus iſtis non ſolum dei ſapientia
ſed etiam ſumma dei dignatio clemẽtia demonſtra
tur ꝙ ipſe voluerit pro comeſtione illiꝰ ligni lignuꝫ
crucis aſcendere ⁊ pro extẽſis ad fructum manibꝰ
manus ſuas eleuare in cruce ⁊ huiuſmodi que ſupe
rius dicta ſunt. Hoc enim fuit ſumme et ineffabilis
ſue clementie. Nec credo ꝙ tanta dignatio poſſit
creatura aliqua comprehendi ſꝫ credo ꝙ in ipſa an

geli et ſcti vere excedūtur et ſupeffundunt ab illis immenſitate clementie vt pote ſicut piſcis in mari et ſi non ſit ſimilitudo perfecta. Accedamus ergo cariſſimi ad cor altū et in illa ꝓfunditate benignitatis immēſe totalr̄ immergamur. Accedamꝰ cum fiducia ad xp̄i latꝰ et intremꝰ ipm̄. Accedamus cariſſimi accedamus et moriamur cum ipſo. Accedamus obſecro accedamꝰ quia ad amplexus eiꝰ brachia ſunt extenſa. O bone Jeſu quid feciſti ꝙ me tm̄ amaſti? Quare dn̄e quare? Quare dn̄e Jeſu? Quid ſum ego? Non ſum dignus vt intres ſub tectum meū q̄to magis vt moriaris propter peccatum meum ſed tm̄ dic verbo et ſanabitur aīa mea? Quare ad ip̄am ſanandā vis emittere aīam tuam? Sufficit dn̄e ſufficit verbū tuū. Quare tam ignominioſo et crudeli morte effundis ſanguinē tuum Solo verbo angelos celos et totū hunc mundum creaſti? Quare tot doloribus tam dura et crudeli morte me nequiſſimū ſeruum redemiſti. Sonet obſecro cariſſimi fratres in auribꝰ veſtris vox illa dn̄i noſtri Jeſu xp̄i immo ſonet in intimis cordis vr̄i. Attēdite ⁊ videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meꝰ penetrent cariſſimi etiā iſti dolores intima noſtra et corda noſtra iſtis doloribus gladientur. Accedamus ad latꝰ eiꝰ et ſugamꝰ ſanguinē eiꝰ qr̄ hoc beneplacitū eiꝰ eſt. Nō faciamꝰ ipm̄ talia fruſtra pati nō ꝑmittamus hunc ſanguinē effluere ſuper terram. Fiāt ergo corda nr̄a receptacula et vaſa ſanguis dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i et eiꝰ inebriati doloribꝰ dicamus. Nobis autē abſit gloriari niſi in cruce dn̄i noſtri Jeſu xp̄i crucifixi. Qd̄ nobis ꝯcedat qui viuit ⁊ regnat ⁊c. ¶ Quod in paſſione dn̄i excitetur ⁊ inflāmetur cor hominis ad ſeptem opera miſericordie.

Capitulum.xv.

Um tamē per ea q̄ dicta ſunt in paſſione
dñi nr̄i Jeſu xp̄i / multipliciter poſſit nr̄a
cōtēplatio regulari et perfici nunc quali=
ter in eadē ad actionē excitemur et diri=
gamur reſtat aliqualr̄ intueri. Et qꝛ actiue vite ſi=
ue int̄ alia opa mīe et pietatis ampli⁹ eloq̄a ſacra
cōmendauit ⁊ etiā qꝛ de illa actiōe q̄ ad verā affli=
ctionē ⁊ delectionē ſpectat:ſatis eſt ſup̄i⁹ tractatū
Jdeo ad p̄ſens aliis p̄termiſſis videam⁹ q̄liter
in illa paſſione dñica eſt excitatio inflammatio exē
plar ſpeculū illoꝝ mīe opeꝝ de quibus in Mat.
dñs noſter dicit ſe in iudicio diſceptaturū et ꝑ illis
eternum p̄miū largiturū ſiue redditurū. Uenite in
qui ēs benedicti patris mei ⁊c. Eſuriui ⁊c. Abſter=
gamus ergo cariſſimi caliginē ab oculis cordis no
ſtri et intueamur diligentiſſime illam beatiſſimam
paſſionē ⁊ videbimus clare qualiter in ipſa p̄dicta
opera eleganter relucēt. Sed primo videam⁹ q̄li=
ter ad ipſa complenda allicimur poſtea videre po=
terimus qualiter per ipſam in eiſdem operibus re=
gulamur. Si eñi cōſideramus qualiter domin⁹ no=
ſter eſuriuit et ſitiuit multū pro nobis multum mo=
ueri debemus vt eſurientes et ſitientes paſcamus:
vt ſibi in ſuis membris ſubueniamus. Et vt omnia
reducamus ad paſſionē Chriſti audiamus in euā
gelio ipſum Jeſum clamantem in cruce ſitio. Nam
ſi beati ſunt qui eſuriunt et ſitiunt iuſticiam cum ip
ſe fuerit plenus omni gratia et perfectione. Ipſe
maxime in hac beatiſſima paſſione noſtram iuſtici=
am eſuriuit et ſitiuit:quia quando moriebatur non
pro ea ſolum eſuriem / et ſitim ſpiritualem habuit
ipſe in cruce ſed etiam valde probabiliter credo q̄

corporalem famen / et ſitim / ſibi habuit / quia nocte
precedenti multum laborauerat et vigilauerat in
oratione / et poſtmodum in capture anxietate ⁊ de
mũz diuerſis flagellis et laboribus fatigatus / cir=
ca horã ſextam quando appetitus ſolet incitari et
intendi vel excitari et incendi. Fuit cruci affixus et
vſqꝫ ad nonam ieiunauit ibidẽ et dixit ſitio. Et ip=
ſi ei propinauerunt acetum / qđ cum accepiſſet in=
clinato capite emiſit ſpiritum. Nec eſt multum cre=
dibile ꝙ tũc virtute diuinitatis reſtiterit alicui ne=
ceſſitati ⁊ indigentie corporali / ſicut cum quadra=
ginta diebus ieiunauit: quia ipſi paſſioni expoſue=
rat ſe plene pro nobis in cruce. Sic ergo quia dñs
noſter Jeſus xp̄s eſuriuit et ſitiuit pro nobis mul=
tum alici debemus ad ip̄ȝ paſcẽdũ in membris ſuis
Peregrinus etiam fuit dñs noſter quia dixit immi
nente illa morte beatiſſima. Regnum meum non
eſt de hoc mundo. Etiam in cruce maxime peregri
nus fuit ⁊ alienus reputatus pro nobis: quia amici
et proximi eius tunc longe receſſerunt ab eo / ⁊ tan
quam peregrinus extraneuſqꝫ factus eſt fratribus
ſuis. Hunc ergo peregrinum fratres cariſſimi pro
nobis factum recolligamꝰ in mẽbris eius. Nudus
etiã fuit dñs noſter in cruce ꝓ nobis ipſuȝ obſecro
induamus in mẽbris eius. Ibi etiam apparuit vere
infirmꝰ doloribꝰ ⁊ anguſtijs plenus pro nobis ip̄m
viſitemus in membris eius. ¶ Captꝰ eſt pro nobis
⁊ captiuus ad crucem deductus in ea ſuſpenſus et
conclauatus ad membra ſua captiua et in carcera=
ta eamus. Sic ergo apparet qualiter in prehabita
paſſione fuit tanqꝫ verũ abiectũ allectiuum ⁊ exci=
tatiuũ ad p̄dicta opera minime complenda in mem
bris eius. Nũc videamus qualr̄ in p̄dicta paſſione

fuit exemplar motiuum ⁊ directiuū in operibus ſu
pradictis. Ipſe eñ eadem opera exercuit. Ipſe ei
latus ſuū aperuit ⁊ ſanguinē ſuum fudit ad ſitien-
tes potādos. Carnē ſuam in ara crucis igne ardo-
ris nimij amoris concremauit ad eſurientes paſcē-
dos. Et ideo in cena precedēti ſacramentum alta-
ris ordinauit ad nos reficiendum quodquidem ſa-
cramētum eſt memoriale dominice paſſionis. Naꝫ
caro ſua vere eſt cibus / ⁊ ſanguis eius vere eſt po-
tus ſicut ipſe dn̄s teſtatur. Si ergo de ſeipſo dn̄s
nr̄ ieſus fecit cibum nobis ⁊ potū quātomagis nos
plere debemus eſuriētes ⁊ ſitiētes non ſolū de ſup
fluis / ſed etiam de neceſſarijs noſtris. Si enim dn̄s
nr̄ dedit nobis carnem ſuam in cibum quātomagis
nos debemus dare ei in mēbro ſuo carnes beſtiarū
noſtrarum. Si eñ ſeipſuꝫ panē viuū qui de celo de
ſcēdit dedit nobis ad manducandū: quantomagis
dare ei debemus in mēbris eius panē mortuū q̇ de
terra exiuit. Si nobis dedit cibū ſpiritualem panē
ſcꝫ angelorū qui nos ſibi vnit et conuertit in ſeip̄m
quantomagis nos ei in mēbris eius dare debemus
vtrem vini vel lactis vermiū ſcꝫ nutrimentum. Si-
mus ergo cariſſimi fratres ſolliciti ad alēdos pau
peres xp̄i: immo ad alendū xp̄m in pauperib⁹ ſuis.
¶ Opus etiā hoſpitalitatis exercuit in ipſa cruce
Nam ibi erat quidā peregrinus qui iuerat viā lon-
ginquam et a xp̄o hoſpitium petēs ait. Memento
mei dn̄e dū veneris in regnum tuuꝫ: Quaſi diceret
Digneris dn̄e Ieſu xp̄e peregrinum recognoſcere
et in illo regni tui palatio recolligere. Mirū de dei
clemētia iam oblitus eſſe videt̄ quod alias dixit il-
li qui de eius hoſpitio interrogabat eum. Vulpes
foueas habent / ⁊ volucres celi nidos / filius autem

hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Sed quid? Non tantum non tardat ipſum hoſpitio recipere non ſub porticu nõ in ſtabulo ſed in ſeipſo: nõ cras: non poſt cras: ſed hodie mecum eris in paradiſo. O miſera hominum nequitia dñs noſter latronem recepit in hoſpitio ⁊ in ſeipſo / ⁊ nos in terrenis ⁊ lutoſis domibus etiã bonos recipere nolumus: ſed excuſamus nos ⁊ dicimus / forte ipſi ſunt latrones. Memẽto miſer homo ꝙ latronẽ domin⁹ ipſe recepit. Et ſi forte nõ potes quia ⁊ tu pauper es recolligere in materiali domo recollige ſaltẽ eũ in corde tuo ei compatiendo. Denudauit etiam ſe dominus noſter Jeſus xp̃s ad noſtra verenda operienda ⁊ nudus pepẽdit in cruce quantomagis perſonas noſtras nudare debem⁹ ad operiẽdum eum in pauperibus ſuis aut vt de nobis loquar cellaruꝫ aut lectorum angulos a ſuperfluis tunicis pro xp̃i pauperibus euacuare debemus. O quantum gaudium nobis eſſe deberet cum nos exuere poſſem⁹ ꝓ xp̃o vt nõ ſolũ ſupflua: ſed etiam nobis neceſſaria pauperibus largiremur. Ipſe enim pro me nudatus eſt ⁊ ego pro ipſo nolo indigẽtiã illã pati. Abſit a nobis hoc fratres cariſſimi / non ſolum noſtra ſed nos proximis noſtris immo Chriſto ĩ proximo largiamur quia ipſe ſe totum nobis dedit. Nam et ipſe nos infirmos viſitauit / ⁊ in cruce infirmitates noſtras et cunctarum infirmitatum noſtrarum: anguſtias ⁊ dolores ſuper ſe portauit. Sic cariſſimi fratres infirmos eius ſolicite viſitemus ⁊ eorum infirmitates in nos cõpatiẽdo ĩſimul recipiamus ſiue transformemus vt dicam⁹ cũ aplo Paulo. Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor? Ipſe etiã dñs nr̃ ieſus ĩ illo triduo captiuos inferni adijt. Quõ ergo erit

ſic deterrimus ⁊ ꝓfundiſſimꝰ carcer quin ſibi viſite
mus captiuos immo in captiuis dn̄m noſtrū ieſum.
Totum em̄ reputat dn̄s noſter ſibi fieri quod amo-
re ipſius facimus membris eius. Omnium autem
iſtarū pietatū in dn̄o noſtro cōpulſiua cōſeruatiua:
et confortatiua fuit illa pietas qua pro ſuis crucifi
xoribus exorauit. Sic et nos noſtrā pietatē ⁊ miſe
ricordiā erga ꝓximū cōſeruare debemus in hoc vt
non ſolū nos offēdētibꝰ parcamꝰ et erga illos trā-
quillū animū habeamꝰ verūetiā ꝓ ipſis affectuoſiſ
ſimas ad deum preces fundamus. Quod nobis cō
cedat qui in trinitate ⁊c.

¶ Oratio valde deuota circa paſſionē dn̄i.

¶ Capitulum. xvj.

O Domine Jeſu xp̄e: o vere amice: o aman
tiſſime ſponſe fac lutum ex ſputo: et lini
oculos meos vt qui cecus ſum videre va
leam vulnera tua. Introduc me dn̄e ieſu
quāuis indigniſſimū famulū tuū in gazophilacium
veri tēpli vt ītueri valeā q̄d quantūq̧ obtuleris pa
tri ꝓ nobis. Fortaſſis aīa mea quāuis a te ꝟo ſpō
ſo multis iniquitatibꝰ viduata ſit: offerret tibi duo
minuta. Recipe me quāuis filiū ꝓdigū ad comedē
dum tecum vitulū ſaginatū aſſatum in cruce. O bo
ne et vere magiſter doce me theſauros ſapientie vi
liſſime mortis tue. Iterum atq̧ iterum domine ie-
ſu aperire digneris latus tuum / michi nequiſſimo
famulo tuo: vt oculi mei qui depredati ſunt animā
meam in tuo latere inueniant p̄dam meaȝ. O bone
Jeſu nimis ſaxeum eſt cor meū niſi emolliatur ſan-
guine tuo nimis diſtractum eſt cor meum / niſi re-
colligatur in latere tuo. O bone paſtor: ego ſum
illa ouis que perijt et errauit: pro qua in cruce po-

mia fuit dilectio tua / et in hoc apparuit abyſſus tue
ſcȝ immenſitas pietatis. Non em̄ in te video cauſam
mortis niſi ſupabundātiam caritatis. Nonne melius
erat bone ieſu / vt nō eſſem / q̄ȝ vt fact⁹ te occiderem
Et cur carnes meas non lacero pre dolore aut quō
me oīs creatura non occidit qui fui occaſio tue mor
tis? Nonne mirabile videtur me cogitare te tam no=
biliſſimū ⁊ benigniſſimū dn̄m pro me tā viliſſimo mor
tuū ⁊ non ſtatim deficere p̄ nimia triſticia? Et quō / ſi
nō eſſet tue cōtrariū voluntati / me materiali gladio
non occido pre dolore q̄ fui occaſio tue mortis? Cuȝ
pugna ergo magna me debes ſuſtinere ſicut ſuſtine=
rē aliquē inimicū meū corā oculis meis cum video q̄ȝ
toto corde occidere affectarē. Quis non auderē aliq̄
rōne. Nonne ⁊ hoc neq̄ſſimum eſt q̄ post tam admira
bile ⁊ fructuoſum tue paſſionis bn̄ficium nō ceſſo pec
care in conſpectu occulorum tuorum ac ſi tua paſſio
nihil eſſet. Te mihi dediſti ⁊ te renuo tenebras effu=
gaſti ⁊ ipſas incurro mundum abieciſti ⁊ ipſum eligo
vel elegi. An non vides patientiſſime dn̄e ieſu quod
ſemꝑ nitor facere tue cōtrarium voluntati ⁊ in facie
tibi reſiſto aperte? Si dicis nolo vt hoc facias. dico
volo ſi dicis volo vt hoc fiat dico nolo. ¶ Scio te do
minū meū ſummū bonū eē ⁊ nihil ego ſum ⁊ ad te ac
ſi nihil eſſes nō aſpicio ſed cōuerto cordis ⁊ corporis
mei faciem ad ea q̄ vana ſunt ⁊ aliq̄n ad que in con=
gruum eſt noīare ⁊ ſic eis cor meum amoris vinculo
colligatur. vt ad te cuius eſt neq̄at eleuari ⁊ hoc cer=
te deteſtabilis abuſio eſt. Sed nūquid bone dn̄e ieſu
voluiſti pro me fruſtra mori q̄ quē ſic care emiſti pro
nihilo ꝑdidiſti. Me tecum occidas ⁊ pariter tranſfi=
gas ne a te valeam amplius ſepari. ⁊ tecum poſſim
viuere ineternum. Amen. ¶ Oratio deuotiſſima

ſuiſti animā tuam. Ecce ego ſum agnoſce eam / in-
troduc me caulas vulnerū tuoꝛuꝫ. Tu autē dn̄e ie-
ſu xp̄e in tua paſſione me cuſtodias diligenter. Nā
ſine tuā morte moꝛioꝛ / ſine tuis vulneribus vulne-
roꝛ / ſine tuis conuicijs conuicioꝛ ſine tuis flagellis
virga non equitatis ſꝫ iniquitatis flagelloꝛ. Sꝫ qꝛ
neſciui pſeuerare in tua viliſſima paſſione ſuꝫ qua-
ſi in nichilū tam redactus: qꝛ ignominiaꝫ crucis di-
miſi ignominioſus factꝰ ſum: qꝛ ſtulticiā crucis re-
liqui: ſtultiſſimus ⁊ vaniſſimus factus ſuꝫ: quia in-
firmitatē tue paſſionis neglexi: infirmus factꝰ ſum
quia a doloꝛibus aculeoꝛū tuoꝛū receſſi ſpinis con-
cupiſcentiarum confixus ſum. Quid dicam? Niſi
coꝛ meū doloꝛibꝰ tuis aperiatur nefandiſſimis viti
js apiatur. Niſi ſciat latitare in vulneribus tuis a
latronibꝰ plagis impoſitis ſpoliaẗ. Naꝫ contra ſu-
peruacuā ⁊ vanā gl'iam auaritiā et inuidiā: odium:
ſiue iram ⁊ accidiā gulam et luxuriam: pfectiſſima
medicina / immo ſine qua nulla alia medicina eſt
paſſio tua. Contra ſuperbiā eius humilitas vanam
gloꝛiam eius vilitas auaritiaꝫ eius nimia largitas
et ſic de alijs. Ipſa eſt que ſepit aures ne audiā va-
na vel paua oculos claudit ne aſpiciam moꝛtifera
vel nociua os obſtruit ne loquela vel guſtu offēdā
Nares obturat ne circa odoꝛifera offendaꝫ manus
ligno affigit ne extendātur ad tactus vel opera vi
cioſa pedes conclauat cruci ne inutiliter vl' nociue
diſcurrāt. Ipſa fouet mutuam dilectionē auget in
ternaꝫ deuotionē eleuat ad ſupernā contemplatio
nē. Hāc ergo domine acerbiſſimā paſſionē ⁊ igno
minioſā da michi in ſponſā et indiuiſibili et indiſſo
lubili vinculo ipſaꝫ michi coniūge ſuper oēs mulie
res id eſt delitias et cōſolatiōes tēpoꝛales adama

ut eā et tamē ſepe alia ſuper inducta repudiaui eā:
nunc mō venio et requiro eā: ne queſo mecuꝫ agas
iuris rigore ſed tue clementie diſpēſatione. Hanc
ergo da michi dn̄e ieſu/ qꝛ hanc amaui hanc dilexi
hanc totis viſceribus concupiui ip̄a ſola michi ſuf
ficit ip̄a ſola me medullitus nutrit et reficit in hac
vita. Ipſa eſt vita mea/ conſolatio mea/ et delitie
mee/ ipſa lux et ſapiētia mea/ ipſa reducit et dedu
cit/ ſine ipſa deuio et erro/ ſine ipſa a portu ſalutis
declino. ¶ O bone Jeſu nihil a te peto in hac vita
niſi vt perfecte ſim tecum crucifixus in cruce. Cer=
te dilectiſſime dn̄e ieſu nolo viuere niſi moriar tecū
aut ergo da michi mortē temporalem aut in corde
meo imprime tuam mortem. Heu michi quare na=
tus ſum niſi dn̄m meū ieſum amplectar in cruce/ et
requieſcā in vulneribus eius. Magis eligo ad pre
ſens tecuꝫ crucifigi/ ꝙ tecuꝫ delitijs affluere. Hāc
tuam viliſſimā paſſionē volo: hanc peto: hāc totis
internis concupiſco medullis omnibus ꝑ ipſa abre
nūcio et etiā meipſm relinquo ip̄a ſit michi aīa mea
et corpus meū et oīs cōſolatio mea. Nā ſanguis
tuus inebriat me et dolores tui ſciderunt cor meū.
Dn̄e ieſu pro me feciſti celum et ſolē lunam et ſtel=
las: ignem: aerē: aquam: et terrā: aues: et piſces: be
ſtias: et reptilia: arbores: et flores: herbas: ⁊ olera:
aurū et argētū vniuerſa metalla colores diuerſos:
et lapides p̄cioſos. Sed qs de manibus tuis queſi
uit hec? Sine petitione ſine inſtātia hec omnia no=
bis dediſti et tota die affligo animam meā petēdo
ignominioſā mortē tuā et vix poſſuꝫ aliquā guttu
lā ipetrare. Scias dn̄e ieſu qꝛ oīa viſibilia michi
vileſcunt pro ip̄a tibi vniuerſa reſtituo et da michi
vulnera tua. Hec ſuper celū abilitāt cor meū ſuper

ſydera refulgent et illuminant intellectuƺ meū ſup ignē accēdunt affectum meuƺ ſup aerē fecundant ſermonē meum ſup aquam emolliunt animū meuƺ ſuper terrā ſtabiliunt ⁊ fecundant affectuƺ meum. Hec auibus beſtijs et piſcibus vtiliora fructibus / ſuauiora arborib⁹ et floribus ameniora argēto auro / et lapidibus precioſis precioſiora / immo certe hec omnia nō niſi vanitas eſt : vel ſunt reſpectu tue paſſionis viliſſime. Hanc volo domine Jeſu / hanc volo tribue michi in vxorē . Non peto pulchritudinem celi ſed ignominioſaƺ tui non mundi delitias / ſed tuas anguſtias. Cito michi domine Jeſu tribue eam nolo ſecum domine Jeſu ſponſalia facere ſed matrimonium conſummare. Cōſentiat i me domine ieſu quia conſentio in eam / et eſt matrimonium ratū. Intrēt cor meū vulnera tua et ipſa intrēt animā meā et erit matrimoniū conſūmatū. ¶ Sed quis ſū ego dñe mi ieſu vt a te in ſponſam illam audeā petere quā ſolā tuie intimis amicis ⁊ maximis ꝑ oīb⁹ amicitijs tuis cōiūgis? Sed quāuis nichil niſi vanitas et deteſtāda ſanies ſim p̄ſumo tñ de imēſa clemētia tua et ſi nō habeā puritatē et ſanctitatē matris tue vt digne tibi compatiar latronis tñ prauitatem habeo vt ſecum ad latus tuum crucifigi debeam. ¶ Magis in hac vita deſidero domine Jeſu cum latrone tecum in cruce aſcendere ꝙ̄ cum Petro Jacobo et Johanne / in montem transfigurationis tue cōſcēdere. Magis placet ad pñs oculo mētis videre te cōſputū ꝙ̄ transfiguratū et ſi nō ſum tanꝙ̄ velum nobiliſſimū in templo vt in morte tua ſcindar ſum tamē fetidiſſimum monumentum vt ad apertionē tui lateris aperiri debeam. Quid in me queris dulciſſime dñe ieſu? Si in morte petre

ſciſſe ſũt ego tamẽ durioꝛ ſum petra, Si enim terra
mota eſt et ego terreniſſimus ſum. Quid ergo ini-
quitatis deeſt ĩ me vt nõ indigeam tua moꝛte. Et ſi
celeſtis non ſim in tibi compatiendo nec queam cũ
ſole obſcurari tamẽ infernalis conuerſationis ſum
vt in hoc triduo moꝛtis tue a te debeam viſitari.
Non ergo dñe Jeſu te retrahat iniquitas mea quin
michi hãc nobiliſſimã ſponſam ignominioſam ſcili
cet moꝛtem tuam inſeparabiliter michi eius deſide
rio eſtuanti coniungas. Ipſa enim eſt pulcherrima
omnium mulierum id eſt excellẽtiſſima oĩm gratia-
rum. In ea fuit ſummus cultus dei ſũma dei digna-
tio ſũma dei ad nos diffuſio. Ipſa ſũma dei ſapien
tia et prudentia percuſſit ſuꝑbum tua potẽtia aĩas
de inferno tranſtulit in celum ſua poteſtate placa-
uit imo et donauit deũ cuius violeũ coloꝛẽ ample-
ctunt humiles et cõfeſſoꝛes lilij candoꝛem innocẽ
tes et virgines roſeum ruboꝛẽ amplectunt marty-
res in caritate feruentes qꝛ in ea fuit ſumma humi-
litas innocẽtiſſima virginitas et excellentiſſima et
exceſſiua caritas. Eius purpureum et coccineũ co
loꝛem admirantur angeli ac eius fragrantiſſimum
odoꝛẽ ſentiũt et ſuſcitant moꝛtui. Ad eius ſuauiſ-
ſimũ tactũ roboꝛant infirmi ad eius dulciſſimum gu
ſtum reficiuntur et conſeruantur perfecti. Talis eſt
filij hieruſalem et filie ſponſa mea et amica mea de-
ſideriũ aĩe mee. Ipſa inimicum meũ dyabolũ ſupe-
rat in me a mũdo me alienat carnem meam bene ca
ſtigat. Michi ergo abſit gloꝛiari niſi in cruce dñi no
ſtri Jeſu xpi per quem michi mundus crucifix⁹ ꝛc.
Eſt ergo michi quippe mi dñe Jeſu magna gloꝛia-
tio ꝙ ꝓ me celũ et ſydera et alias inferioꝛes creatu
ras feciſti. Sꝫ multo ſine cõparatione maioꝛ michi

gloriatio q̄ pro me dignat⁹ es mortalis fieri. Magna quippe gloriatio q̄ me feciſti ad imaginem et ſimilitudinē tuā ſ3 ſine comparatione maior michi gloriatio q̄ pro me formā ſerui accipiens factus ē ſimilis michi. Magna michi gloriatio q̄ tot beneficiis me gubernas ⁊ nutris. Sed ſine cōparatione maior michi gloriatio q̄ ꝑ me eſuriſti ſitiſti et fatigatus ſuper fontem ſediſti ⁊ multa incommoda ſuſtinuiſti. Magna michi gl'iatio q̄ cunctis aīalibus me ꝓpoſuiſti ſed ſine cōparatione maior q̄ ꝑ me te dn̄m omniū vni puelle ⁊ fabro ſubdidiſti. Magna michi gloriatio q̄ me ſi amicus tuus fuero honorificaturus es in celo tuo ſ3 ſine comparatione maior michi gloriatio q̄ ꝑ me adhuc peſſimo inimico tuo conuiciatus conputus ⁊ multipl'r illuſus es in medio terre. Magna michi gloriatio q̄ me ſi iuſt⁹ fuero ditaturus es in regno ſed multomagis eſt michi magna gloriatio q̄ ꝑ me pctōre i extrema paupertate fuiſti in ligno q2 qn̄tum ad guſtū cum ſitires fel habuiſti ⁊ acetū qn̄tum ad operimentum corpus habuiſti nudum qn̄tū ad reclinatoriū non habuiſti vbi reclinares caput tuū immo corona ſpinea fuit puluinar tuū. Magna michi gl'iatio q̄ ſi gratiam vſq ad finē habuero me delectatione es iplecturus vniuerſarū delitiarum paradiſi ſed multo michi maior gloriatio q̄ ꝑ me tuo contēptore ⁊ pleno oī abhōinabili ſanie ipletus es ineſtimabilibus anguſtiis et doloribus morte turpiſſima ꝯdēnatus i caluarie loco. Magna mihi gl'iatio q̄ ſi angelice vixero in terris angelis es me ſociaturus in celis ſed multomaior michi gloriatio q̄ ꝑ me dyabolicam vitā3 ducēte cum latronibus es crucifix⁹ in terris cum impiis ⁊ iniquis aſſociatus ⁊ deputatus. Michi ergo ab-

ſit niſi in cruce Ieſu xpi gloriari. In quo debeo glo-
riari niſi in ſummo dei mei honore ſumma dei mei
erga me gratia ſine dilectione et dignatione? Hec
autem ſunt plene in cruce. Michi ergo abſit gloria-
ri ꝛc. ¶ Si enim precioſa eſt in conſpectu dñi mors
ſanctorũ eius quia patiunt̃ ꝛ moriunt̃ ꝓ ipſo q̃to-
magis debet eſſe glorioſa in cõſpectu nr̃o mors dñi
nr̃i Ieſu chriſti cum ipſe patiatur ꝛ moriat̃ pro no-
bis. Igitur gl'iari nos oportet in cruce domini nr̃i
Ieſu xpi. Sed heu heu audi iterum clamantẽ ieſuꝫ
et dicentem longe feciſti notos meos a me poſue-
runt me abhoiationem ſibi. Elongaſti a me amicũ
et ꝓximũ ꝛ notos meos a miſeria qui videbant me
foras fugerunt a me perijt fuga a me et non eſt qui
requirat aiam meaꝫ. Extraneꝰ factꝰ ſum fratribus
meis et peregrinus filijs matris mee. Suſtinui qui
ſimul ꝯtriſtaretur ꝛ nõ fuit q̃ cõſolaret̃ ꝛ nõ inueni
Nolite fratres cariſſimi nolite fugere nolite cruci-
fixum in medio latronũ ſolũ relinquere. Redite ob-
ſecro ꝛ eamus ꝛ moriamur cum illo oẽs fugerũt ſo-
la dña mater remanſit cũ eo. Eamꝰ cũ ioanne ꝛ aſ-
ſociemꝰ dñam noſtrã ꝛ ſtemus iuxta crucẽ cum ea.
Si enĩ maria cleophe ꝛ maria magdalene aſſocian-
tur virgini matri bene poſſumus nos aſſociare ma-
tri ꝛ diſcipulo. Credo firmiter q̄ cum ioanne dice-
tur nobis. Ecce mr̃ veſtra de dña nr̃a et ei dicetur
ecce filij tui. Simus cariſſimi cuꝫ matre ſi volumus
filium cum matre lucrari. Non enim poteſt vnus ſi-
ne altero impetrari. Aſcendamus cũ eis in palmaꝫ
et apprehendamꝰ fructũ eiꝰ nã in ea cor virginis cũ
filio pendet. Nullus ſe excuſet in quocunqꝫ ſit natu
quia nullus eſt qui nõ inueniat in hac arbore ſuauiſ-
ſimũ fructũ ꝛ ſufficientiſſimũ nutrimentum. Nam ſi

pctõres illã acerbiſſimã ⁊ ignominioſam paſſionez conſidera ad deteſtandum peccatum ⁊ horrendum quia ipſe pro peccatis noſtris mortuus eſt. Si incipiens et penitens es conſidera illam paſſionem ad exemplum penitentie et ſatiſfactionem habendam Si es proficiens conſidera illam paſſionem ad eius effectus rimandum et ruminandum in quo multum proficit homo. Si es perfectus conſidera illaz paſſionem ad xp̃m et matri eiꝰ intime cõpatiendum et totum te in illam paſſionem transformandum. Si tu es in iuſticia conſummatus conſidera illam paſſionem ad dei dilectionem et dignationẽ erga nos admirandum. Nullus ergo ſe excuſe quin hic inueniat ſuum pabulum quin hic inueniat portum domicilium et centrum ſuum. Vos igitur quinq; ſtatus quinq; dñi nr̃i plagas cum eſtuanti deſiderio apprehendite in curam ⁊ ſollicitudinem continuam cordis veſtri. Ad nobis cõcedat Jeſus xp̃s crucifixus benedictus in ſecula. Amen.

¶ Explicit prima pars huiꝰ libri q̃ ſpecialiter tractat de xp̃i paſſione glorioſiſſima.

¶ Incipit ſecunda pars que ſpecialiter tractat de profectu hoĩs et contẽplatiõe de his videlicet que ad contẽplationẽ diſpoſitiua ſunt. Et primo. Qualiter homo poſſit amplius proficere et magis deo placere.

¶ Capitulum primum

VT homo poſſit ampliꝰ proficere et magis deo placere iſta decem que ſequuntur in ſe ſtudeat habere.

¶ Primo ſtudeat qualiter poſſit vł q̃tum poteſt ſe viliſſimuz reputare et indignuz omni beneficio dei. Sibi diſpliceat ſoli deo

placere cupiat. Ab alijs velit viles non humilis reputari. Et ex hoc ſūmā dei clemētiam recognoſcat q̄ cū ſtercus ſit viliſſimū in oībus īfideliſſimū ad immēſe maieſtatis iniuriā tā p̄ꝓptiſſimuꝫ dignatur in ſeruum ſibi aſſumere et qđ maius eſt adoptare in filium. Non eñi reputes magnum q̄ deo ſeruis ſed reputa maximum q̄ ipſe dignatur habere ſic inſufficientem et miſerum ſeruum. ¶ Scđo vt de nichilo de peccato vel ad peccatum inducēte et a bono retrahente doleat immo de quacunq̧ tribulatione iniuria et afflictione gaudeat. Inferentes intime diligat ſpecialē orationē ꝓ eis faciat deo inde copioſas laudes referat et ad regratiandum ei de tanto beneficio inſufficientem ſe recognoſcat quia quem diligit deus corripit et caſtigat et ipſe tribulationes ad deum nos ire compellūt. ¶ Tertio vt paupertatē ⁊ omnē penuriam propter Chriſtū diligat de temporalibꝰ niſi ſtricte ad neceſſitatē ſuam non requirat aut quocūq̧ modo appetat ſꝫ Chriſto capiti in pauꝑtate et in oīs cōſolatiōis corporalis deſectione ſe ſtudeat cōformare. Et hoc debet maximum reputare q̄ rex regum ⁊ dñs dñantiū xp̄us ſic ſeruum viliſſimum ſuis dignatur induere ornamentis vel veſtimentis et ſibi lutū fetidiſſimum ſimulare Ideoq̧ q̄to videt ſe ditiorē ⁊ in pluribus corporis conſolatiōibꝰ abūdare tāto debet intimius et ꝓfūdius cōtriſtari cernēs ſe eo magis xp̄i ſimilitudine elongatum. ¶ Quarto vt in bonis et in indifferentibus alterius potius q̄ ſuam ſtudeat apimplere voluntateꝫ immo ſemper ſuam in exterioribus actibꝰ ſtudeat abnegare aliorum beneplacita affectans cum omni vigilantia in licitis adimplere. Et ſi hoc circa oēs facere debeat ſuoꝝ tamen ſuꝑiorum de-

bet precipue obedire beneplacitis ⁊ ea totis viribꝫ
⁊ viſceribus amplexari q̄cūq̄ dixerint honeſta eſſe
aut velle fieri. Si ergo aliqua intimauerint debet ꝑ
poſſe ſuo cū magno deſiderio effectui mancipare.
¶ Quinto vt nullum q̄tūcunq̄ miſeruꝫ deſpiciat
ſed potius erga oēs materno moueatur affectu et
ſic omnibus intime ꝯpatiat̄ ſicut mater vnico filio
ſuo pre dilecto oēs eoꝝ miſerias reputat eſſe ſuas.
Et ſicut ſibimetipi debet oībus ſ̄ tamen poteſt ſub
uenire. Et q̄uis erga oēs in cōpatiēdo ⁊ miniſtrā-
do debeat maternaliter ſe habere debet tñ omnes
tā q̄ patres ⁊ dños reuereri. ¶ Sexto vt nullum iu
dicet de peccato cum ignoret quid diuina gratia in
aīa operet̄. Sed ſi aliqueꝫ ꝑ ſigna aliqua manifeſta
compererit peccatorē plus de pctō doleat q̄ ſi vul
nus proprio corpori milleſies inferret̄. Recogitet
etiam ꝙ ꝑcioſior eſt aīa q̄ ſic letaliter vulneratur q̄
omnia corpora vniuerſi ſcꝫ tam hominū q̄ celorum
inq̄tum corpora. Et ideo ſicut corpus meum ama-
re vel cuſtodire vellem ſic immo multomagis debe-
rem proximum cum omni diligentia cuſtodire et a
pctō retrahere oratione exhortatione et exemplo.
¶ Septimo vt bonuꝫ proximi ſicut ſuum diligat ⁊
ſicut mater in bonis filij iocundatur ſic in bonis om
nium viuentiū debent iocundari ⁊ maxime de his q̄
ſpiritualia ſunt et ad ſpiritualia inductiua et ſic ac
ſi ſua eſſent debet aliorum bona procurare et pro-
curata ſolicite promouere ⁊ ſemper debet plura et
maiora de proximo credere q̄ valeat intueri debꝫ
nichilominus de bonis temporalibus proximi non
modicū cōgaudere. ¶ Octauo vt nichil preter de-
um diligat: ſed pure propter deum vt in omnibus
ſolus deus ſinceriter diligatur ſine ſocio: nec ali-

eſſat quantacunqꝫ ſanctitas alicuius aut beneficio rum immenſitas nec aliquem diligat amore ſingu larí ſed amore communi / vt ſcȝ caritate omnes in deum referens magis diligat melioreȝ. ¶ Poteſt tamen beneficia pro beneficijs rependere et pro be nefactoribus ⁊ propinquis ⁊ precipue parentibus orationē deo ad ſalutē animaruȝ effundere ſpecia lem. ¶ Nono vt quicquid faciat ⁊ quibuſcunqꝫ ne gocijs implicetur deū tñ ſemꝑ actu in corde habe at ⁊ nichil aliud ꝙ honorē ſuum in omnibus actua liter ſeu habitualiter intēdat ac ad hoc precipue ni tatur vt ſic ſemꝑ p̄ſentē deum intelligat ac ſi ipſum qui vbiqꝫ eſt preſens in ſua videret ſubſtantia ⁊ eſſē tia ſicqꝫ eum timeat ⁊ reuereatur ⁊ immenſo amore in ipſum feratur eoqꝫ prout poteſt in via fruatur ⁊ in ipſo et non in alio requieſcat. ¶ Decimo vt ſi predicta aſſequi poteſt eſſe magna dei beneficia re cognoſcat. Debet tamen et ceterorum beneficiorū innumerabilium ſecundum ꝙ poteſt reminiſci ⁊ pre cipue ꝙ ſua eum voluit ymagine inſigniri / eiuſqꝫ naturam aſſumere / et ſe pro ipſo morti tradere.

In via ſibi in cibum in gloria: in premium tribuere ſemetipm̄. Et quia nondum aſſequutus eſt eū in p̄ mium tandem in via aſpiciat eum in patibulo ſicqꝫ ſibi cōpatiatur ac ſi om̄ia eius vulnera in ſuo corde ſuſtineret. Et de hoc p̄cipue dolere debet ꝙ tot vi det fruſtrari beneficio tā immenſo. Cernat eum de niqꝫ in altari exhibitū ſibi in cibū ⁊ potum om̄is ſa poris ſuauitatē habentem ⁊ in ipſo toto affectu de lectat⁹ clamet et dicat. Dñe Ieſu xp̄e qui es panis vite ita me de te ſatiare dignare vt nichil preter te eſuriā: ita me de te inebriare digneris vt nichil pre ter te ſitiam. Tene dñe mētē meam ne interuenien

DOmine ieſu xp̄e cor meū tuis vulneribus ſau
cia ⁊ tuo ſanguine inebria mentē meā vt quo-
cunq; vertā ſemꝑ te videā crucifixū ⁊ q̇cquid aſpexe
ro in tuo ſanguine michi appareat rubricatum vt ſic
in te totus tēdens nichil p̄ter te valeā inuenire nihil
niſi tua vulnera valeā intueri. Hec michi cōſolatio
tecū mi dn̄e vulnerari: hec intima ſit michi affectio
ſub te aliquid meditari. Nō quieſcat cor meū bone
ieſu donec inueniat te cētrū ſuū. Ibi cubet: ibi ſuum
terminet appetitū. Amē. ¶ Meditatio ꝯpaſſiua in
paraſceue doloris quē tūc habuit btā virgo maria.

¶ Capitulum tertium.

STabat iuxta crucē ieſu mater eius. O domina
mea vbi ſtabas? Nunquid tantū iuxta crucem
Immo certe in cruce cum filio ibi crucifixa eras
ſecum. Sed hoc diſtat quia ipſe in corpore: tu autē
in corde. Necnon ⁊ eius vulnera per corp⁹ eius diſp
ſa ſunt in tuo corde vnita. Ibi dn̄a lanceatū eſt cor
tuū: ibi ſpinis coronatum: ibi illuſum: exprobratū ⁊
contumelijs plenū: aceto ⁊ felle potatum. O dn̄a cur
iuiſti immolari pro nobis? Nunquid ſufficiebat filij
paſſio nobis niſi crucifigeretur ⁊ mater? O cor amo
ris cur conuerſum es in globū doloris? Aſpicio dn̄a
cor tuū ⁊ id nō cor ſed myrram ⁊ abſcinthiū ⁊ fel vi
deo. Quero matrē dei ⁊ ecce inuenio ſputa flagella
⁊ vulnera qꝛ tota conuerſa es in iſtis. O amaritudi-
ne plena quid feciſti? Cur vas ſc̄titatis feciſti vas
penalitatis. O dn̄a q̄re nō es ſolitaria in camera tua
Quare iuiſti ad caluarie locū? Non eſt tua conſuetu
do dn̄a ad talia ſpectacula properare. Cur te non re
tinuit pudor mulieris/cur te non retinuit horror fa-
cinoris? Cur te non retinuit verecundia virginita-
tis? Cur te non retinuit loci turpitudo multitudo

te vmbra terre a te vero ſole iuſticie ſeparet. Ma-
tri autē xpi oēm quā poterit reueretiam exhibeat
⁊ dicat. Dilectiſſime dñe Jeſu dignare me infirmū
peccatorē matri ſue reuerentiam debitaꝫ exhibere
Et tu clemētiſſima dña impetra michi vt ſue ⁊ tue
ſemper deditus ſim ſeruituti et tibi omni tempore
obſequar pura mēte ⁊ corde ⁊ corpore deuotis cō-
tinue tue benignitati aſſiſtam Amen.

¶ Qualiter hō in ſe amorē vł ad amorē dei ſe de-
bet incitare vł excitare ⁊ q̄tum poteſt cor ſuū vnire
vel ignire. ¶ Capitulum. ij.

Quia cor contemplantis nō ceſſat ſiue ceſ-
ſare nō debet inueſtigare quō ſui creato-
ris amore amplius inardeſcat propoſui
balbutiens ad hoc inducere aliquod indu
ctiuum. ¶ Primuꝫ ergo agnoſce o homo ꝙ nichil
eſt quod ad eius amorem tantuꝫ ſe inflammet ſicut
bñficioꝝ eius immēſa donatio. Hoc eñi ipſo ꝙ ipm
ad largiēdū tibi ineffabilia libeꝝ vł liberalē reco-
gitas ipm te diligere nimiū recogitare conuinceris
Quid eſt hodie quod magis incitet vel excitet ad
amorem quē diligi ⁊ amari? Hoc eñi faciunt quan-
tūcūq crudeles homīes quia diligentes ſe diligunt
q̄uis hoc erga ſuum creatorem inſtigante antiquo
ſerpente negligant adimplere. Cogita quicq̄d ve-
lis ⁊ inde creatorē tuū habebis non modicam ma-
teriam diligēdi. Accede ergo ad ipſum ꝑ hunc mo
dum. Debes non ficte ſed veracit̄ recogitare te aſ-
ſiſtere coram domino tuo. Ita eñi eſt vbi es ſicut eſt
in celo empireo ⁊ te eſſe ſuum ⁊ non tuum cogita ⁊
non dubites ꝙ ab eo quicq̄d ad ſalutē pertinet non
ad tuū damnuꝫ petieris impetrabis. Hec certe oīa
ſunt incentiua amoris. Quomodo diligis eum cu

ius es et qui paratus eſt omnia tibi dare. Nonne
multuz diligis eum qui aliquid tibi tribuit? Nonne
ergo magis eum diligis qui omnia immo etiam tibi
tribuit ſemetipſum? Si ergo te diligis quomodo
ipſum qui te fecit non diligis? Tu te deſtruxiſti et
adhuc deſtruis et te amas et ipſum qui te conſtruit
et reſtruxit et conſeruat non amas. Dic ergo do[illegible]
no dñe creatura tua ſum / et michi teipſum negare
nō potes. Sed ante ꝙ̄ procedas hec que dixiſti me
ditare et inflammare amore. Quis enim amplius
ſe continere poteſt quin ſtatim oībus oblitis in deū
ſe totum ꝓiciat non ꝑ partes dū cogitat dñm ſuūz
ſummū bonū delitias angeloꝝ premiuz btōꝝ homī
infirmo ꝛ corruptibili cuius miſeriam nemo poſſet
exprimere ſemetipm̄ negare non poſſe et quantun=
cunqꝫ ſit infirmus ſeu miſerrimus et pctōr ſi ad ipm̄
ſe cōuerterit et ipſum petierit obtinebit et hec nos
deſiderat petere et largiri cū dicit petite et accipie
tis. Neſcio quid amplius laboramus cur quotidie
non affligimus circa nichil cum poſſidere creatorē
omniū valeamus. Quid ergo amplius laboramus
et querimus? Si enim omne bonum ſic leuiter ha=
bere valeo: cur nitar plena miſerijs poſſidere? O
domine deꝰ meꝰ quid tibi niſi iniuriam facimus / ꝙ
te nobis tribuis ſic libenter? Si te habeamus nichil
tibi confert et tamen ſic nos diligis ꝙ te nobiſcum
eſſe delitias tuas dicis. Quare nos tantum diligis
vt libentius teipſum nobis tribuas ꝙ̄ aliquid aliud
quod petamus? Et certe nec ego volo de cetero ali
ud poſſidere ex quo debita petitione valeo poſſide
re deum meum. Ornabo me monilibus et ipſum
introducam in thalamum cordis mei / et ibi ſecum
de cetero requieſcaz. Bene ſcio ꝙ nihil aliud petiſ

et querit ipſe animam meam viſitare / et intrare de
ſiderat:et diu eſt ꝙ pulſauit doleo tamen ꝙ tantuꝫ
et tam diu carui tanto bono. Dic ergo ei. Scio ꝙ
pluſq̃ ego me diligis de me igitur amplius non cu
rabo ſed ſolum tuis delitijs inherebo: et tu mei cu-
ram habeto. Non poſſum intendere michi et tibi.
Et ideo permutatim tu intende michi et mee infir-
mitati vt ipſam ſubleues et ego intēdam tue boni-
tati vt in ipſa delecter. Et quāuis ego tecū lucrer
nimis et tu mecum nichil ſcio / tamen ꝙ libentius
mecum es et me conſeruas et promoues q̃ ego te
cum vt tua perfruar bonitate. Unde hoc? Certe ni
ſi ꝙ ego me odi et tu me diligis. Si autem domine
vellem diſcurrere per omnia tue dilectionis ſigna
deficerem quia nec bona nature:nec bona fortune:
nec bona gratie:nec bona glorie:ſi hominum et an
gelorū linguis loquerer exprimere poſſē Et ideo
hijs tacitis in tuum filiū pater eterne reſpirabo. O
quanta fuit erga hominē deꝰ meus tua dilectio q̃
eum tantū dilexiſti vt velles hominē eē deum et de
um hominē appellari. Quid dicas de ſexu fragili?
Ipſum tuū filiū de ipſo naſci voluiſti et qui erat tu
us vnigenitus et proprius voluiſti filium virginis
nominari ⁊ eē. Multum quidam dn̄e ſcd̄m vtrunq̄
ſexum exaltaſti genus hūanū qui tibi equalē filium
voluiſti hominē eſſe et filium mulieris. Non hoc di
lectionis ſignū voluiſti circa angelos demonſtrari
Non em̄ angelos ſed ſemen abrahe apprehendit.
Mirum ē certe quō pro tuo amore corda fidelium
vel filioꝝ hominū nō ſcindunt. Quid habuit deus
aliud facere q̃ cū peccauimꝰ in infernū profunduꝫ
nos deijcere et aliā nobiliorē creaturaꝫ ſi voluiſſet
in inſtāti creare. Quāta fuit iſta dei dilectio ꝙ poſt

ipſum dignatus eſt nos querere tam benigne / et
poſt eius offenſam nos amplius q̄ prius exaltare.
Quid fuit iſtud? Nunquid exaltationem meruit
culpa noſtra. Certe non ſed ne ad te fugerem⁹ am
plius humanam naturam tibi inſeparabiliter vni-
re voluiſti. Mira videtur tua dilectio deus meus
qui te odientes diligis et exaltas. Si ergo nos qui
nichil ſumus tantum diligis qui es ſummus quo-
modo nos miſeri te non diligimus qui es omne bo-
num? O cor meditantis quomodo in tam excellēti
dilectionis affectu non deficis pre amore. Quid in
hoc deus voluit niſi vt ſuo nos inebriaret amore?
Quāta eſt hec creatoris noſtri dignatio q̄ nos tan
tum deſiderat ſibi per dilectionis vinculum colliga
ri. Quomodo poteſt cor hominis aliud cogitare.
Ut ſic ergo nos exaltares deus noſter voluiſti par
uulus naſci vt nos beſtiales per peccatum celeſtes
faceres voluiſti inter beſtias in preſepio collocari.
O mira bonitatis diuine diffuſio. O deteſtabilis
noſtrorum excecatio oculorum. O glacies non cor
cur non liqueſcis ad hunc calorem. Heu michi ne-
ſcio per quam viaȝ deus amplius nos requirat ex-
quo ꝑ hanc nos non habet. Sed quid dicam? Chri
ſtus qui eſt receptaculum expulſorum voluit fuge
re in egyptum. Nunquid dn̄e Jeſu qui vbiq̄ȝ eras
fugere non indigebas? Non certe quia oēs inimi-
cos tuos in tua poteſtate tenebas. Sed hoc facere
voluiſti vt pro me patiens tuum michi manifeſta-
res amorē ⁊ ad te fugerē ꝓſecut⁹. O deus me⁹ bn̄
video q̄r totus es meus ⁊ me vis totalr̄ poſſidere.
Sed qd plura? Taceo vite tue ꝓceſſum q̄ totus es
dilectione plenus ⁊ venio ad alapas ⁊ conſputa.
Certe hoc dilectionis ſignum cor homis non ſuffi-

cit cogitare. Si eñ nichil amplius michi vnq̃ fe-
ciſſes nec etiã facturus eſſes: niſi q̃ deus eternus
in mea natura ſuſtinere voluiſti hec opprobria de-
berent totaliter tuo igniri amore. Quid eñ maius
deo ⁊ quid vilius peccatore? Et tñ tu deus pro pec
catoribus voluiſti a pctõrib⁹ cõſpui et illudi. O de
us me ns quid fuit iſtud qm̃ a creatura tua q̃ in mo
mento delere poteras ſic vilia toleraſti et dicẽtib⁹
te eẽ demoniacũ benigne reſpõdebas O ſũma tue
ma nifeſtatio caritatis qui talia ꝓ nobis a demõia-
cis audiebas Quid tibi tantum cure erat de nobis
q̃ te omni opprobrio ſupponebas? Sed tua nimia
dilectiõe hoc ſuſtinere voluiſti placide. O cor pluſ
quã lapideum / o cor / non cor / cur non accenderis
ex amore? Lapis calore ſolutus in es vertitur et tu
ad tantum calorẽ immutabilis perſeueras. Utinã
ergo lapideum eſſes non carneum. Et quid vero
mirabilius q̃ q̃ caro cordis lapide durior et inſenſi
bilior inueniť? Sed nõne dicit dñs q̃ auferet a no-
bis cor lapideũ / et dabit nobis cor carneũ? Immo
ex quo lapis citius immutať q̃ cor carneũ det lapi
deum cor carneũ auferendo. Ad verecũdiã noſtrã
dico. O cor nequiſſimũ: o cor inaniſſimũ: o cor infi-
deliſſimum cur te ſic odis? Cur te ſic laceras et con
ſumis? Cur te ſic fortiter diligentẽ non diligis? O
cor crudeliſſimũ cur mortẽ pluſq̃ vitã diligis? Cur
te querentẽ nõ recipis? O lapides ⁊ creature inſen
ſibiles flecte veſaniã cordis mei Certe dñe Ieſu ẽt
ſi me odires ex quo deus meus es et refugiũ meum
ſolus protector et gubernator meus te diligere de
berem quantomagis cũ me tãtum diligas et me ſe-
quaris tuis bñficijs fugientẽ. Nã tm̃ me diligis vt
te pro me odire videaris Nõne tu iudex omniũ vo-

luiſti pro me iudicari et mortē turpiſſimā ⁊ grauiſſi
mam ſuſtinere. O deus meus quid michi amplius
facere debuiſti? Certe ſi hoc michi feciſſet minimꝰ
ruſticus ipm̄ deberē diligere in eternū et ego nō te
diligā deū meuz meū. Nō dico ꝙ ſanguis effuſio q̄
tota fuit plena caritate ſed plane ſolus tuus aſpe=
ctus me inebriare deberet quantomagis ergo paſ=
ſio tua grauiſſima et ignominia plena. Certe me
totū voluiſti q̄ michi te totū tribuiſti. Et quis req̄=
rebat hoc de manu tua dn̄e mi? Cur tibi cure fuit
de tam viliſſima creatura? Certe nichil aliud niſi
tua maxima bonitas ⁊ immēſa dilectio hoc exegit
Nam ſi nos redimere volebas aliter facere potuiſti
ſed ſic facere dignatus es vt nos tuo amplius inflā
mares amore. O amor ⁊ deſiderium cordis / o dul=
cedo ⁊ ſuauitas mentis / o ardor inflammatio pec=
catoris / o lux ⁊ claritas oculorum / o aurū pulchra
ſimphonia o hoſtia deo patri odorifera o melliflua
guſtatio fluxꝰ ſanguinis / o amantiſſima palpatio
lateris o aīa mea o vita mea / o viſcera cordis mei
o medula oſſium vegetatio carnium ſenſificatio or
ganoꝝ intellectꝰ inſpiratio ⁊ exultatio mea. Cur
ego nō ſuz ꝯuerſꝰ totꝰ in tuū amorē? Quare aliq̄d
eſt in me niſi amor? Quō poſſū aliquid aliud cogi=
tare vel meditari? Et q̄d amore tuo dulciꝰ? Quid
ampliꝰ cupio? Cur ego nō ſū illo illaq̄atꝰ ⁊ captus
Undiqꝫ circūdat me amor tuꝰ ⁊ neſcio q̄d ſit amor.
Sed heu michi cur ſic inſenſibilis maneo ſine cau=
ſa? Cur vanitas pluſq̄ꝫ tu qui es veritas me allexit
⁊ allicit? Cur iniquitas pluſq̄ꝫ ſaluatoris mei beni=
gnitas me attraxit? Cur ſtercoꝝ odium pluſq̄ꝫ mei
creatoris ⁊ redēptoris amorē nimiuz adamaui. O
quātū dilexiſti hominē deꝰ meꝰ. Nō ſolū in cruce ꝓ

ipſo pati voluiſti ſed etiam apud īferos ipm̄ viſita-
ſti ⁊ tecū ad ſupos reduxiſti. Nōne potuiſti dn̄e Je-
ſu pro ipſo mittere aliquē angelorū niſi ipm̄ extra-
heres per teipſuꝫ. Cur vis hominem vbiqꝫ ſociare?
Cur in omni loco vis cuꝫ homine habitare? Quid
habet niſi vilia ⁊ mala ipſe homo? Cur ipſū diligis
ſic immēſe. Poſtq̄ꝫ etiam ſurrexiſti voluiſti adhuc
quadraginta diebus homini apparere / ſed et cum
glorificat⁹ eſſes veſci voluiſti pacē donaſti / ⁊ te ei
palpabilē tribuiſti. Sed dn̄e Jeſu nōne ſufficiebat
homini q̄ ꝓ ipſo fueras crucifix⁹ niſi ipm̄ de infer-
ni profūdo ⁊ infimo lacu extraheres? Videt̄ q̄ tm̄
hominē dilexeris vt ab ipō nolueris abſtinere. An
ignorabas q̄ de tam excellenti paſſionis beneficio
fueram⁹ ingrati. Etiam quos ſpeciales habueras
increduli extiterūt. ¶ Quō ergo nos potuiſti am-
plius intueri. O q̄ꝫ mirabilis eſt tua dilectio dulciſ-
ſime dn̄e Jeſu cū non poſſis ab hominibus ſepara-
ri. Nōne qui aſcēſurus eras ad dexterā pr̄is tui po
teſtatē homini dimiſiſti vt tecū velit habeat ī alta-
ri hanc poteſtatē ei anteq̄ꝫ mori inciperes dimiſiſti
ne amittere te timeret. Sed cur hoc facere voluiſti
cū miſſurus eſſes ſpiritū ſanctū. Cur ſemꝑ cū homi-
ne vis morari. Sed tuo corpori īcorporare nos to
talit̄ voluiſti ⁊ tuo nos potare ſanguine / vt ſic tuo
inebriari amore tecum vnum cor / ⁊ vnam animam
haberemus. Quid enim aliud eſt tuum ſanguinem
bibere qui ſedes eſt anime quam noſtrā animaꝫ tue
aīe inſeparabiliter colligari. Hoc ē certe quod vis
hoc certe eſt quod deſideras deus meus hoc eſt re-
demptor ⁊ domine mi quod tanto tempore procu-
raſti. Pro hoc enī ab infantia tua laboraſti. Hoc
nobis cōcedas qui ī eternū viuis ⁊ regnas. Amen

¶ Qualiter hō debet libenter deo dare cor ſuum.

¶ Capitulum tertium.

DOmine mi Jeſu tu te mihi dediſti et a me cor meum petis ſed quantum eſt hoc dn̄e mi qui ita excellēs es. Si eīm haberē cor vnū qd̄ ſolū maius eſſet q̄ ſi ſimul eſſent omnia corda filio℞ hoīm ⁊ oēs angelo℞ effectus ⁊ vt moralit̄ loquar maius eſſet ⁊ ꝙ plura ſpūalia et corporalia ſimul actu contineret vl̄ continere poſſet q̄ celū empireū ipſū totū ⁊ totaliter tibi tribuere deberē ⁊ adhuc tāto domino munuſculū paruū immo q̄ſi nichil eſſet quātomagis ergo illā paruam ſcintillā cordis q̄ habeo tibi dabo et totaliter in te ponā. Hoc eīm permaximum eſt michi ꝙ cor meum habere digneris. Nonne ergo ſtultus eſſem ſi illud applicarē de cetero alicui creature cū deus meus illud velit habere. Et iam in meipſo nolo ꝙ remaneat ammodo ſed volo vt totaliter requieſcat in te qui creaſti illud ad laudandū te. Melius eſt ꝙ cor meum maneat in eterna iocunditate in diuina maieſtate ⁊ immenſa bonitate q̄ in mea fragilitate, in tua ſcilicet deitate q̄ in mea iniquitate. Si hoc ha beres et contemplatiue cupis multum corde deſideres et multum ore poſtules et deſiderium anime tue tribuet tibi deus et voluntate tua non fraudaberis ſed mentem tuam eleuans in benefactoribus dulcedinis te preueniat tanq̄ corona lapidis precioſi ſemetipſo mentem tuam circundabit. Regula. Nullus eīm poteſt perfecte inuenire deum qui ſe perfecte non odit.

¶ Qualiter hō ordinet cogitationes ſuas ad deū ita ꝙ deum ſemper habeat in corde.

¶ Capitulum quartum.

O homo vis cognoſcere quō ad deū tuum dirigas cogitatū. Semꝑ cogitare debes te eſſe in ꝑ̄ſentia dei tui et ipſum ſemꝑ habeas in tuo cogitatu. Sup xp̄m autē pro te grauiſſime vulneratū q̄ſi ſemꝑ dirigas cogitatū et ꝙ ipſe ſit de⁹ tu⁹ q̄ ꝓ te talia paſſus eſt cogitabis Sepe etiā matrē xp̄i reuerēter q̄ eſt multorū ſolatium feſtinabis et quotiēſcūqȝ ad ipſaȝ tuū diriges cogitatū ipſam cogita matrē dei vt ſic quocūqȝ dirigas cogitatū deū tuū ſemꝑ habeas in corde ⁊ ſēper coram ipſo exñs ſuāqȝ admirās magnitudineȝ et tuam miſam recognoſcēs q̄tū poteris reſilies in teip̄m admirās non modicū ꝙ dignat rē tā fetidaȝ corā ſuis oc'lis p̄ñtare ⁊ te ad momētum patitur in ſua p̄ñtia cōmorari. Hec ſi faciens de hoc dono et de oīb⁹ alijs referas deo g̃ras. Et ꝙ ēt ei regratiari poſſis recogita magnū donū. Et hoc donū ſcȝ ꝙ in p̄ñtia ſua valeas commorari ſemꝑ et alia que tibi cōceſſerit dñs debes cū oī vigilātia cuſtodire ſēper cum magna auiditate inhiās ad maiora. Et ſi propter tuam miſeriam aut aliquaȝ occupationeȝ exteriorē cogitatū tuuȝ a ſua p̄ſentia abſentare ꝑpenderis vel reſpicis impeditū cū magna anxietate reuerti ſtudeas vbi eras ſcȝ ad preſentiam dei. Et hoc faciēs qualē proceſſuȝ habere debeas vnctio te docebit. Hoc tamen pro certo in te habeas ꝙ quicquid ſit de alijs ſemper debes te ad nichiluȝ redigere quantū potes et omniū peccatorū te infimum reputare et tam pro te q̄ꝫ pro alijs: a deo tuo tibi preſente cū omni humilitate veniam poſtulare ⁊ tuam cōſiderationē ſuꝑ hoc diligere poteris per hunc modum. Nunqȝ conſiderare vel cogitare debes / ꝙ alij peccatores taliter a deo ſint elongati /

quin ipſi ſepe ⁊ ſi non ſemper ad dn̄m ſe conuertant
in corde ⁊ quin dn̄m ſuum tunc intimis recogitent
ꝙ tu et clarius recognoſcant et quin reuerentia
maiori corā ipo aſſiſtant ⁊ maiorē ſuoruꝫ habeant
confuſionem peccatorū ⁊ humilius ſe ei preſentent
quin etiā maiori ⁊ ardentiori moueant affectu in p̄-
ſentia tanti boni. Et ſi hoc pleno corde non pote-
ris cogitare hoc ipſo deberes te ſupbiſſimum repu-
tare. Nec de cōgruo deberes huic tue ſuperbie pre-
ponderare conſcientias aliorum cuꝫ a ſapientibus
ſentiatur ꝙ ſicut contingit de bono ita et de malo
ꝙ aliquem defectum eſt in quolibet reperire quem
in alijs tam excellenter non poſſumus inuenire de-
bes tunc firmiſſime credere ꝙ ſuperbia ſit illud vi-
tium in quo ſingulariter tu credis ex quo non po-
tes tuam reſpicere prauitatē. Et certe ſi hoc eſt ve-
rum ſatis potes te infimum oīm reputare. Sed for-
ſan tua ſuperbia cogitatio dicet tibi quod hoc de in-
fidelibus cogitare poſſum ſcilicet ꝙ ſim eius infim⁹
qui nec deuꝫ etiam cognoſcūt. Sed audi ceca ſup-
bia. An ignoras ꝙ ſi deū recognoſcis ipſūꝙ te re-
demiſſe credis ſuo ſanguine p̄cioſo ⁊ contra eū ele
uaris in ſupbiā ꝙ graui⁹ peccas ꝙ ſi hec oīa igno-
raſſes? Nonne vbi cum pctō maior eſt cognitio ma
ior eſt cōtēpt⁹? Et nonne vbi maior eſt cōtēpt⁹ ma
ius eſt peccatū. Nulluꝫ ergo excipias o inſania ſed
pleno corde te humilians tuā miſeriaꝫ recognoſce.
Et ſi tibi tunc ſubrepat cogitatio ergo tu a deo re-
probatus hanc ꝙ citi⁹ excludere debes nec pmit-
tere aliquo modo tecū cōmorari. ¶ Timere tamē
debes nō modicū ⁊ altiſſimi dei ſuperextollere pie-
tatem ⁊ confidere in xpi vulneribus ⁊ in clementia
matris eius. Immenſa eſt enim mīa dei noſtri. Et ſi

vulgi deteſtatio mali? ¶ Cur te non retinuit clamoris vehementia ſtultorum veſania demoniacorum cater ua. Nec non cōſideraſti domina quia cor tuum [alie]natum totum pre dolore nō erat in te ſed in afflictione filij ⁊ in vulneribus vnici / ⁊ in morte dilecti. Non conſiderabat cor tuum vulgus: ſꝫ vulnus, nō preſſuram ſed fixuram nō clamorē ſed liuorem nō horrorē ſed dolorem. Reuertere dn̄a ad locū priſtinū ne cum percuſſione paſtoris: te etiam amittamus vt nō vna hora vtriuſqꝫ priuemur regimine. Non eſt conſuetudo dn̄a mulieres tali morte cōdemnari nec etiam cōtra te dn̄a ſententia eſt promulgata. Sed vt puto audire hec non potes qꝛ amaritudine repleta es totuꝫ cor tuum verſum eſt dn̄a circa filij tui paſſionem.

¶ O mira res tota es in vulnerib⁹ xp̄i totus chriſt⁹ crucifixus eſt in intimis viſcerib⁹ cordis tui. Quō eſt hoc ꝙ continens ſit in cōtento? O homo vulnera cor tuū ſi vis hanc intelligere queſtionē. Aperi cor tuuꝫ clauis ⁊ lācea ⁊ vita ſubintrabit. Non enim intrabit ſol iuſticie in cor clauſum Sꝫ o vulnerata dn̄a vulnera corda nr̄a / ⁊ in cordibus noſtris tuā ⁊ filij tui renoua paſſionē. Cor tuū vulneratū coniunge cordi nr̄o vt tecum tuis vulneribus pariter vulneremur. Cur hoc tuum cor ſaltem domina non habeo vt quocunqꝫ pergam ſemper tuo filio videam te confixā. O dn̄a ſi non vis michi dare tuum filium crucifixum nec cor tuum vulneratum / ſaltem queſo michi tribue filij tui vulnera contumeliaſqꝫ et illuſiones / ac opprobria / et illa que in te ſentis. Que enim mater eſt / que ſi poſſet a ſe et a ſuo filio non aufferret paſſiones et in ſuo poneret ſeruo. Aut ſi ſic inebriata es iſtis ꝙ nec ea vis a tuo corde / nec a tuo filio ſeparare: ſaltem domina illis ignominijs et vulneribus indigniſſimum

